

surā, qua mensi fueritis, r[emetietur]<sup>a</sup> v[obis], si<sup>b</sup> temporaliter<sup>c</sup> peccantibus<sup>d</sup> aeternae p[en]ae irrogantur<sup>e</sup>.

XXIII.<sup>f</sup> Si in penis positi de transactis malis vere peniteant vel peccandi adhuc voluntatem habeant.

XXIII. Si post iudicium extra infernum inferiorem<sup>g</sup> ad leviores penas locus remaneat\*.

XXV.<sup>h</sup> Quomodo ignis<sup>i</sup> ibi ardeat et non luceat.

XXVI. De gloria et exaltatione civitatis Dei.

XXVII. Qualia post<sup>j</sup> resurrectionem sancti corpora habeant. 10

XXVIII. Qualiter preteritorum memoriam habeant.

XXVIII. De diversis in caelesti curia mansionibus.

XXX.<sup>k</sup> De tribus ternis angelorum.

XXXI.<sup>l</sup> Qualiter in eorum ordines sancti proportionaliter assumantur<sup>1</sup>. 15

XXXII. Quomodo stare possit, quod tantus fiat<sup>m</sup> numerus electorum, quantus ibi remanserit<sup>n</sup> angelorum, si<sup>o</sup> iuxta decimam dragmam decima tantum pars angelorum perdita per homines restauranda putabitur.

XXXIII.<sup>p</sup> De beatitudine sanctorum. 20

XXXIII. Qualiter Deus videatur.

XXXV. De fine utriusque civitatis<sup>q</sup>.

### INCIPIT<sup>r</sup> LIBER PRIMUS.

Oros. I, 1, 14. I. Gestarum rerum ab Adam protoplasto<sup>1</sup> usque ad tempus nostrum seriem executurus primo ipsum, quem habitat genus humanum<sup>s</sup>, orbem, sicut a maioribus accepimus<sup>t</sup> 25

\*) *Cusp. add.*: et quid de parvulis, qui solo originali tenentur.

a) r. v. tantum in codd. praeter C 4. 5; etc. pro r. v. *Cusp.* b) cap. XXIII. incipit C 5. c) spiritaliter C. d) pecc. om. C. e) irrogentur A 4. *Cusp.* 30  
f) XXI iterum, et sic deinceps A 3; XXIII. et sic deinceps C 5. g) nulla cap. distinctio C 3. 4. h) ita B 2. C 5. *Cusp.*; ibi ignis A. C 3. 4. i) sancti post res. A 3. k) nulla cap. distinctio A 3. l) assumentur, -mentur manu multo recent. suppl. B 2. m) fiat om. *Cusp.* n) -erit supra lin. suppl. A 1; remansit C. *Cusp.* o) cap. XXXIII. inc. C 5. p) XXXV. et sic deinceps C 5. q) sequitur prologus ad Isingrimum praemissa 35  
rubrica Prologus I. libri C 3. 4 (cf. p. 11, n. a); sequitur primum libri VIII. caput praemissa rubrica Expliciunt capitula. Incipit liber VIII<sup>us</sup> C 5. r) Inc. I. primus om. A 2. 4. B; Ottonis episcopi Frisingensis rerum ab origine mundi ad ipsius usque tempora gestarum liber primus *Cusp.*; numeros capitum in omnibus libris om. A 2. s) sic 40  
A. C; hominum B. t) accipimus A 1. 3.

1) Cf. ex. gr. Iord. Rom. init.

breviter distinguamus\*. Tres mundi partes esse<sup>a</sup> scriptores<sup>1</sup> *Oros. I, 2.* asserunt, Asiam, Affricam, Europam. Quarum primam duabus posterioribus magnitudine coequant<sup>2</sup>, quamvis quidam duas tantum partes constituerint, Asiam videlicet et

5 \*) *B 2 addit*<sup>b</sup>: Totam mundi machinam, id est caelum et terram et illa, quae haec media ligant, elementa, eo quod nichil extra, infra, supra citraque se habens suis tantum claudatur terminis, circumscriptam loco esse, sed non locatam philosophi tradunt. Ipsum  
10 vero caelum spericum corpus seu globosum ratione perpenderunt, terram proportionaliter ambiendo ac velut a centro aequaliter distando tamquam punctum continens. At<sup>3</sup> ipsius superioris mundi partes in  
15 quinque zonas dividerunt, ex quarum habitudine inferioris mundi portionem quinque plagarum inaequalitatis naturam contraxisse voluerunt. Hinc fit, ut due extremae perpetuo algore obrigescere, media nimio caloris fervore torrida ab eis dicatur, ac ob hoc tres istae omnis animae viventis extorres putentur.  
20 Unde est illud Virgilio<sup>4</sup>:

*Quinque tenent caelum zone, quarum una perusta.*

Restat, ut due tantum, que inter perustam et gelidas velud mediae ex uno latere calore, ex alio algore habitualiter participant, temperatam quandam hinc inde trahant qualitatem ac exinde ab eis ad habitandum idoneae indicentur. At de altera earum, quia anthecos nostros quidam<sup>c</sup> manere somniant, curiose investigare supervacaneum est. Huius igitur nostrae habitabilis plagam, ut de superflua  
25 itidem antipodum nostrorum<sup>5</sup> habitatione taceam, in tres partes scriptorum sollertia partitur, *omissis* Tres mundi — asserunt.

a) script. esse *A 3. 4.* b) *idem additamentum etiam in B 3 nunc deperdito extitisse affirmat d. m. Wilmans, sed his solis verbis viri cl. C. M. Engelhard nisus: Das*  
35 *13. (lege 1.) Kapitel des 1. Buchs (divisio orbis) enthält über die Hälfte mehr als die Ausgabe (sc. Urstisii).* c) *supple ibi.*

1) maiores *Oros. I, 2, 1. 83.* 2) *Cf. Aug. De civ. Dei XVI, 17.*  
3) *Ea quae sequuntur partim cum Philosophia Wilhelmi de Conches, quae ex gr. apud Migne, Patrol. Lat. CLXXII. sub Honorii Augustod.*  
40 *nomine legitur, congruunt (IV, 2 sq., Migne col. 85 sq.); pauca etiam similia apud Honorium Augustod. De imagine mundi I, 6. inveniuntur. Cf. K. Kretschmer, 'Die physische Erdkunde im christlichen Mittelalter, Pencks Geographische Abhandlungen' IV, 1 (1889).* 4) *Georg. I, 233*  
5) *Cf. Aug. De civ. Dei XVI, 9.*

Oros. I, 2. Europam, ita ut Affricam propter sui parvitatem adiunxerint<sup>a</sup> Europae. Qui enim Affricam terciam mundi<sup>b</sup> partem dixerunt<sup>c</sup>, non rationes dimensionum, sed reflexiones marium secuti sunt. Quarum provintias, situs, regiones qui velit cognoscere, legat Orosium. 5

Gen. 2, 8 sqq. II. Ad<sup>d</sup> orientem igitur, quantum ex scriptis Geneseos conici potest, in<sup>e</sup> terra Eden<sup>1</sup> creata paradisi creditur. Ubi dum<sup>f</sup> primus homo positus, verbo Dei factus<sup>g</sup> inobediens, in hanc peregrinationem<sup>2</sup> iusto<sup>h</sup> Dei iudicio deiectus est<sup>i</sup>, cepit maledictionis terram excolere<sup>3</sup> primum in Asia. Gene- 10  
 cf. Aug. De civ. Dei XV, 1. ravit autem filios utriusque civitatis, de quibus agere pro-  
 ib. 1. 5. 17. posuimus, primos cives. Quorum prior invidia et bonis<sup>p</sup> 132.  
 operibus alterius incitatus fratrem interfecit primusque in hac valle<sup>k</sup> lacrimarum<sup>4</sup> civitatem construxit. Occiso Abel alius Adae filius, Seth scilicet, nascitur<sup>l</sup>, qui resurrectio inter- 15  
 ib. 19. pretatur; a quo postmodum populus Dei propagatur. Ab hoc sextus<sup>m</sup> magnus civitatis Dei civis<sup>n</sup> Enoch fuit, qui in tantum Deo placuit, ut ab ipso translatus ad ultima ecclesiae<sup>o</sup> tempora in loco cunctis mortalibus incognito vivus reser-  
 vetur<sup>5</sup>. 20

Gen. 6, 1 sqq., cf. 1, 28. Hominum<sup>p</sup> vero genus crescere cepit et multiplicari, donec filii Dei ad filias hominum accedentes generavere  
 Aug. XV, 22. 23. gygantes. Quod quidam minus graviter<sup>q</sup> intelligentes — presertim cum pro filiis Dei alia translatio habeat angelos<sup>6</sup> — malignos spiritus assumptis corporibus, quos incubos 25  
 vocant, mulieribus mixtos putant. Alii filios Dei ex Seth, filias hominum ex Cain natas autumant<sup>r</sup>, ac illos ex harum coniunctione, sicut<sup>s</sup> de Salemone<sup>t</sup> habes<sup>7</sup>, ad oblivionem Dei

a) coniunxerint A 4; adiunxerunt C 4. b) partem mundi B 1. c) dix. om. C 3. d) Ad — deiectus est (l. 9) habet C 1. e) in terra om. C 3. f) In qua pro Ubi dum 30 C 1. g) factus om. A 4. C 1, in marg. suppl. B 2. h) iusto Dei iud. om. C 1. i) de- sistit C 1. k) lacr. valle C 3. 4. l) qui res. interpr. nasc. C. Cusp. m) sectus B 1. n) ciuis A 3; ciuis corr. ciuis A 4; om. C 4. o) temp. eccle. A 2. p) sequentia ita habet C 1: Ab hoc hominum genus crescere cepit — Que tamen lapidea actenus per- manet in Syria (p. 39, l. 15). q) ita A (intell. grav. A 2). B. C 1—3; gnanter C 4; 35 gnauter Cusp. r) nominant ante aut. add., sed delet. A 2; super autumant manu re- centiore [d est] putat superscr. A 3; aut. om. C. s) sicut om. C 3. t) sic add. C 3.

1) Gen. 4, 16. 2) Ad vocem peregrinationem cf. ex. gr. Gen. 17, 8. 28, 4. 36, 7. 47, 9; Aug. De civ. Dei passim. 3) cum adhuc hi qui primi creati fuerant homines in beatitudine degerent, mandato 40 Dei negligentia corrupto in hanc vitam mortalem et fragilitati obnoxiam deciderunt Rufinus in translatione Historiae ecclesiasticae Eusebii I, 2, 18 (ed. Schwartz-Mommsen, Leipzig 1903). 4) Ps. 83, 7. 5) Cf. infra VIII, 5. 6) Et septuaginta quidem interpretes et angelos Dei dixerunt istos et filios Dei; quod quidem non omnes 45 codices habent, nam quidam nisi filios Dei non habent. Aquila autem etc. Aug. De civ. Dei XV, 23, ed. Dombart (Leipzig, Teubner 1905) II, p. 110 sq. 7) 3. Reg. 11.



provocatos, indeque iram eius in omnes pariter exarsisse affirmant<sup>1</sup>.

Et de his quidem, qui ex Seth generati usque ad septimam generationem iuste vixerunt, Iosephus in primo  
 5 Antiquitatum libro sic ait: *Disciplinam rerum caelestium et ornatum earum primitus invenerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus quae ab eis inventa fuerant, aut, antequam venirent ad cognitionem, deperirent, cum predixisset Adam exterminationem rerum omnium unam ignis virtute, alteram vero<sup>a</sup> aquarum<sup>b</sup> multitudine fore venturam, duas quidem columpnas<sup>c</sup> facientes, aliam ex lateribus, aliam vero<sup>d</sup> ex lapidibus, ambabus quae invenerant conscripserunt, ut, si constructa ex lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permanens<sup>e</sup> preberet hominibus scripta cognoscere. Quae  
 10 tamen<sup>f</sup> lapidea hactenus permanet in Syria<sup>g</sup>. Et ista quidem VII generationibus permanserunt. De aliis vero sic: Deinde animum iudicantes esse dominum<sup>h</sup> et ad virtutem semper respicientes tempore procedente<sup>i</sup> de paternis sollempnitatibus ad mala progressi sunt. Et infra: Nam  
 15 mali angeli<sup>k</sup> mulieribus coeuntes iniuriosos filios genuerunt; qui omne bonum despicientes propter confidentiam fortitudinis<sup>l</sup> similia his, qui dicti sunt<sup>m</sup> gygantes, perpetrasse<sup>n</sup> traduntur.*

III. Itaque cum Deus crescente malitia genus hominum<sup>o</sup>  
 25 delere cogitasset<sup>2</sup>, Noe<sup>p.3</sup> viro<sup>q</sup> iusto, decimo ab Adam, cum uxore ac filiis totidemque uxoribus eorum<sup>r</sup>, qui<sup>s</sup> sunt VIII animae, in arca salvato<sup>t</sup> ceteros aquis diluvii perdidit. *Huius diluvii et arcae* — quamvis quidam ex nostris ab  
 Adam usque ad Ninum<sup>u</sup> tempora a scriptoribus gentium<sup>v</sup> pretermissa vel ignorata fuisse putent<sup>4</sup> —, ut item<sup>w</sup> Iosephus ait, *memoriam faciunt omnes, qui hystorias barba-*

a) vero om. A 4. b) aq. vi ac mult. Cusp. cum Iosepho. c) fac. col. C. d) vero om. A 2. 4. e) permanens — lapidea om. C 3. f) tū A 1. C 2. g) -i- adrasum A 2; syrida A 1. 3. 4 (sirida A 3; d multo post delet. A 4). B 2. C 1—3 (d eras. C 1, d alio atram. expunct. C 3); desinit C 1. h) dñm mut. dñm A 2. C 3. i) precedente C 3. 4. k) Dei a d d. C. l) fortitudinē A (corr. -nis A 2; et fort. A 3). m) a Graecis add. Cusp. cum Iosepho. n) perpetrare C 2. 4; perp. trad. om. C 3. o) humanum C 2 (ita etiam p. 41, l. 17, et p. 44, l. 5). Cusp. p) vero add. A. B 2. q) iusto viro A. B 2. r) eorum om. A 2. s) quae C 2. Cusp. t) saluate A 2. u) nini e corr. A 2; ninum mut. alio atram. nini A 3. v) genitū A 1. w) idem A 4; item mut. idem C 2; ūr (= noster) C 3; memorans in loco raso pro ut item A 2.

1) Cf. Aug. De civ. Dei XV, 23, p. 109 sq. et Gen. 6, 1 sqq.  
 2) Cf. etiam verba Geneseos 6, 5 sqq., qualia exhibet Aug. De civ. Dei XV, 24, et Frutolfi Chronicon, quod vulgo dicebatur Ekkehardi, SS. VI, 45 35, 15, vel Orosius I, 3. 3) Cf. Aug. De civ. Dei XV, 26 in. et XVI, 1.  
 4) Oros. I, 1; Frut. l. c. p. 34, 10. ex Hieronymo.

*Ios. Ant. I, 5.* ricas conscripserunt. Quorum unus Berosus taliter est ef-  
fatus<sup>a</sup>: 'Dicitur autem et navis eius, quae in Armeniam  
venit, circa montem Chordeium<sup>b</sup> adhuc aliqua pars esse et  
quosdam bitumen inde tollere, quo maxime homines ad ex-  
piationem utuntur'. Meminit autem horum et Ieronimus<sup>c</sup>  
Egyptius, qui antiquitatem Pheniciae noscitur descripsisse<sup>c</sup>.  
Sed et Manasseas<sup>d</sup> Damascenus<sup>e</sup> in LXXX<sup>o</sup>VI<sup>o</sup><sup>f</sup> *Histo-*  
*riarum* libro ita de his dicit: 'Est et super Miliadam<sup>g</sup>  
excelsus mons in Armenia, qui Paris appellatur, in quo  
multos confugientes sermo est diluvii tempore liberatos, et  
quendam simul in arca devectum in montis Socilem<sup>h</sup> summi-  
tatem<sup>i</sup> lignorumque reliquias multo tempore conservatas esse'.

Item de patribus, qui tam longo ante diluvium  
vixerunt tempore, Iosephus in I<sup>o</sup> Antiquitatum<sup>k</sup> sic ait:  
*Ios. Ant. I, 8.* Nullus ad vitam modernam et annorum brevitatem, quibus 15  
nunc vivimus, vitam comparans antiquorum putet falsa, quae  
de illis sunt dicta<sup>l</sup>. Illi namque<sup>m</sup> cum essent religiosi et  
ab ipso Deo facti, cum eis pabula oportuniore ad maius  
tempus existerent preparata, tantorum annorum circulis rite  
vivebant. Deinde propter virtutes et gloriosas utilitates, 20  
quas iugiter perscrutabantur, id est astrologiam, geometriam<sup>n</sup>,  
Deus eis amplius spacium vivendi concessit, quae nec<sup>o</sup>  
ediscere potuissent, nisi DC viverent annis. Per tot enim  
annorum curricula magnus annus impletur. Testes autem  
mei<sup>p</sup> sunt<sup>q</sup> dicti omnes, qui antiquitatem apud Grecos<sup>r</sup> et 25  
barbaros conscribere maluerunt. Nam et Manethon, qui  
descriptionem fecit Egyptiorum, et Berosus, qui defloravit  
Chaldaica, et Mochus et Estius, ad haec et<sup>r</sup> Ieronimus  
Egyptius, qui Fenicam disposuerunt<sup>s</sup>, concordant cum meis  
dictis. Ysiodus quoque et Eliatheus<sup>t</sup> et Ellanecus et 30  
Achlansis<sup>u</sup> et inter hos Efforus et Nicolaus in hystoriis  
suis memoriam faciunt antiquorum annis mille viventium.  
Haec\* Iosephus.

\*) Haec Iosephus — redacta fuerunt (p. 41, l. 7) om. C,  
habet Cusp.

36

a) affatus A 1—3. b) chordeium C 2. 3. Cusp.; chordeium C 4. c) scrip-  
sisse A 2. d) Manasseas C 3. 4. e) Damascēns B 1. f) 96. Iosephus. g) Mili-  
adam C 4; Miniadam Cusp. cum Iosepho. h) Ocile Cusp., quod, qui Iosephum Latine  
vertit, Graeco minus intellecto scripsisse videtur, quamvis editio a. 1524. e Graeco venisse  
correxerit. i) sumitate A 1. 3. B 2; summitate A 4. C. k) libro add. A 4. Cusp. 40  
l) dicta om. C 3. m) enim Cusp. n) et geom. C. Cusp., Iosephus. o) aut a d d.  
B 1. C; ante a d d. Cusp.; non Iosephus. p) dicti sunt Cusp. cum Iosepho. q) gregos  
A 1. r) et om. C 4. s) composuerunt A 4. t) ita B 1; Eliatheus C; Eialtheus B 2;  
Fialtheus A 1. 2. 4; naltheus A 3; Egeatheus Cusp., qui in marg. Eliatheus ponit; Echa-  
theus Iosephus; intelligendus est Hekataeus. u) Achlansis B 1; Achlausis C et ita Cusp. 45  
in marg., qui in textu Acusillaos ex Iosepho emendavit.